Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

in conspectu suo. At tu dne deus miserator et misericors: patiens et multe mie et verax. Respice in me et miserere mei: da imperium tuum puero tuo et saluum fac filium ancille tue: Fac mecum signum in bono vt videant qui oderunt me et confundant quia tu dne adiuuisti me et consolatus es me. Gloria p. An. Benedixisti dne terram tuam.

Fundamenta eius in montibus ps. Sanctis: diligit dns syon super omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero rahab et babilonis: scientium me. Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopum: hi fuerunt illic. Nunquid syon dicet homo: et homo natus est in ea et ipse fundauit eam altissimus. Dns narrabit in scripturis populorum et principum: horum qui fuerunt in ea. Sicut letantium omnium: habitacio in te. Ps.

Domine deus salutis mee: in die clamauit et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea. et vita mea in inferno